

radice humilitatis figitur: et in altū charitatis eleuatur.
Quēadmodū per inobediētiā primorū parentū omnes
a paradysi gaudijs cecidimus: ita p̄ arduū iter obediē-
tie adiuuante dño nos resurgere debere scimus. Nulla
monachorū sine obediētia merita sunt: sine humilitate
virtutes nulle. Quisquis igitur egiptū fugiens tenebras
sum. ad lucem eterne claritatis cupis ptingere: humilem
obediētiā cura sollicitē custodire. Dicit enim scriptura.
Melior ē obediētia q̄s victimē: et auscultare magis q̄s ofe-
ferre ad ipē arietū. Hoc voto sancte obediētie om̄ia in-
cludūtur que ad obseruantia regularē p̄tinent: quoniam
quicquid in regula p̄cipitur: per solam obediētiā adim-
pletur. Quicquid enim sancti et honesti p̄ presidentē mo-
nacho iniūgitur: in obediētia regulari solidatur. Hoc
secunde diei iter pauci in veritate ambulāt: quia facilius
est sua derelinquere: q̄s semetip̄m abnegare. Ardua nāq̄
via est alterius se voluntati submittere: et suā voluntatē
penitus non amare. Sicut filij israel egiptū cum gaudio
et leticia exeuntes. statim in deserto cōtra dominū et moy-
sen murmurarūt: ita multi contemptis rebus seculi mo-
nasticum iter cum magno feruore arripiunt: qui tamen
contra obediētiā prelatoꝝ plerūq̄s grauiter inardescūt.
et qui per distributionem prius cum hilaritate videban-
tur currere iam sub obediētia constituti de arrepto iti-
nere inueniūtur penitere. Sed om̄es qui contra ducem
in deserto murmurabant: in via deficientes terrā repro-
missam non introierunt. Hinc metuant monachi om̄es
qui propositi sui executionem negligunt: et iter sanctum
trium substancialiū peragere contemnūt. Cadent in so-
litudine mortui: qui viuere in egipto videbantur. Enim
uero tercij diei iter quomodo poterit p̄ficere: quē cōstat
in secūdi via defecisse. Aut qñ castitas monachorū ap̄
districtū iudicē poterit esse meritoria: si cōtemnat obediē-
tia. Tercij em̄ diei via est castitas: que nūq̄s in veritate
acquiri: si obediētia deserat. Quot hodie monastico

contra ducem in deserto murmurabant: in via deficientes terram re-